






ULI
zionale
Firenze


VII
L
6
71


INC
Biblio
Cen







Oratio Bartholomei Scale Florentini Oratoris ad summum Pontificem Innocentium octauū.



Vod inter res omnes mortalium. Nihil est omnino sanctius Nihil admirabilius aut diuinius ista Sacro Sancta Simonis Petri sede In qua tu modo q̄ meritissimus sedes. Istoq3 uicaria tu IesuChristi Saluatoris nostri Quem tu nunc diuina sorte geris: haud mirum est ꝑfecto Sanctissime et Beatissime Pater summe Pontifex Christiq3 uicarie cum quid humaniter acciderit summis pontificibus mortali uicissitudine: ut paulo ante Sixto pontifici maximo accidisse uidimus. Si commoueantur animi omnium atq3 in expectacione future uocationis inter spem metumq3 suspensi incēdantur: Nam que iustior sollicitudo esse gregi potest; quam pastoris sui? Quam gentibus cura magis necessaria: quem ea que de principe et administratore reꝝ sumitur? Cetera leuiora sunt et molto minore cum discrimine aguntur. Pontifex uero ipse. Si quicq̄ ab errauerit. Si diuina sors non fuerit: horret meminisse animus; que timenda sint. Fatetur aūt et quidem ingenue Florentinus populus qui modo nos sex oratores ad te de more gratulatum misit: non sine euentus ingenti formidine exti

tisse: donec e sacratissimo patrum cõclaui exiit salutaris illa et diuina uox: que te pontificem de claratum significauit Ea uero cum continuo ad nos aduolauisset: uel nocte intempesta excitauit uniuersam ciuitatem ad letitiam. Que: qualis: quantaq; fuerit: ut dicamus modo necesse non ui detur: putamus enim uel hucusq; puenire etiam ad uos potuisse ingentes. Campanarum omniũ nostrarum festos tinnitus/ Tubarũq; clangores Ac uoces congratulãtium/ que tota urbe agroq; resonabant et resplenduisse inlatio quoq; eos no stros ignes/ qui sunt statim quam creberrimo au dito nuntio ob letitiam excitati: Tanto subito spes affluxit omniũ animis/ ex deo/ a spũsancto fuisse uocationem tuam. De qua quidem nos ut mandata sunt nostra ad te Senatus populique Florentini obseruantissimi tui: atq; huic Sanc tissime sedi ad dictissimi pauca percurremus. Si tamen prius nonnulla de dignitate pontificatus atque eius excellentia premiserimus: Vt explica to tandem officio nostro/ de quo tertio loco dicẽ dum erit. Breuissime faciamus orationi modum Tue nunc partes erunt Beatissime pater obliui sci paulum maestatis pontificalis humiles incõc tasque hominum orationes / penitusque ista di uinitate indignas / auditurum primum igitur

Beatiſſime pater reuocamus ad humanitatem te ſupplicamuſque tibi ut induas / dum nos manda ta noſtra exequimur ac faceſſimus iuſſa clemen tiam manſuetudinemq; innatam et peculiarem tibi: ut quo humane uires non poſſunt: benigni tate uehiculi tuarum aurium perducamur. Non enim ſumus exnobis ipſi ad alloquendum te ſuf ficientes Sed ſufficientia noſtra ut ex te tuaque diuina ſit ſapientia neceſſe ē. Quis enim tantū audeat: ut ſine diuino adminiculo tuoq; / rē ſibi adeo grandē adeo ſupra uires de qua dicat līgua mortali adgrediendam putet. Eſt enim pontifi catus iſte ſummus maximuſque tanta profecto excellentia / ut non modo non inueniri in terris Sed ne excogitari quidem ab hoīe melius quicq̄ aut maius poſſit. Nam quis eſt / qui referre inter homines deum et dominum noſtrum Ieſum Chri ſtum filium dei ſaluatorem humani generis: erra tiſq; propitiari noſtris queat. Exquo ille aſcen dit incelum? Summus pontifex. Quis eſt qui li gandi: qui ſoluēdi in terris retineat ptātē: quiq; quod hic ligauerit ſolueritq; : ī celis quoq; liga tū et ſolutū ſit? ſūmus pontifex. Quis apire ce li nobis portas / quis claudere edidicit dānareq; et dare ſalutē hōibus? Sūmus pontifex. Sūmus inq̄ pōtifex qui ieſu chriſti uicē gerit in terris:

quiq; longa successione p eũ pascit dominicum gregem qui a magistro audire meruit beatus es Simon Bariona: quia caro et sanguis non reuela uit tibi: sed pater meus qui est incelis: Et ego di co tibi: quia tu es Petrus: et super hanc petram e dificabo ecclesiam meam et porte inferi non pre ualebunt aduersus eam. Accepitq; claues regni celorum celestis insigne magistratus ab eo: qui celum quoque et que celi ambitu continentur creauit. Multiplices Beatissime pater et diuersi sunt eoꝝ qui ceteris aliquo modo sunt prefecti gradus: Nomina item pro rerum locorumq; di uersitate uariantur: Et patres quidem familias domum pro arbitrio gubernant. Res uero publi cas magistratus et principes/ Exercitus Impera tores Regna Reges: Sed singuli ĩcorpora modo exercent Imperium: Nihil omnino quod uitam hanc humanam transgrediat̃ habent: de quibus et saluator ait. Nolite timere eos: qui corpus oc cidunt: animam autem occidere nõ possunt: At uero principatus iste tuus: Ista admirabilis diui naq; potestas: qua iam papa factus idest patrum omnium interris pater (Sic enim nomen inter pretant̃) constitutusq; in admiratione omĩum gentium utrumq; certe idest totum hominem: qui exanimo cõstat et corpore quod et duo petri

clarissima eluceant: nihil nos ei in quo digne ex
ercere officium suum possit relinquemus: Nisi
enim faciles pateant aditus: nisi sint libere allo
cutiones / nisi recte suadentem placidi accipiant
uultus: gratieque etiam bene dese meritum docē
do ac monēdo prosequātur: Quis non uidet om
nium pene rerum euersionem hinc esse uel celer
rime peruenturum. Admittat igitur ad se pon
tifex uiros inprimis bonos et graues / quos audi
at: quorum consilia sequatur: petulantes uero
ambiciosos / uanos / auaros / subdolos / assentato
res: quorum iam est uniuersus quoque orbis: nō
ista modo pontificia aula refertissimus / longe
esse iubeat. Pastoris tandem ad pontificem ele
gantissima translatio est. Et Christus noster auc
tor Ego sum inquit pastor bonus: et ad petrum:
pasce ouas meas. Vnde et istud pedi pastorale in
signe esse deductum arbitramur: cuncta igitur
boni pastoris munera obibit: nec fugiet lupo ad
ueniente. Sed si ita sit opus: animam quoque
suam ponet ꝓ ouibus suis ut fecisse eum quoqꝫ
qui nos hec edocet animaduertimus: que quidē
tot tantaque animi bona: ut in homine insint
quo quam aut dignosci queant humano ingenio
si adfuerint / uix posse putamus accidere. Sapien
tissime igitur idmaiestatis diuineque et spiritus

sci muneris esse potius arbitramur/ad eumque omnia que in sui gregis pastore requiruntur referenda es se. Sunt ergo dei ut uidetur/ sunt spiritus sancti huiusmodi uocationes: cui profecto misericordis simo auctori ac clementissimo res humane cure sunt: Easque amore quodam precipuo excellentique complectitur. Siquidem maiorem caritatem ne mo habet/ quam ut animam suam ponat quis pro a micis suis. Ille ergo profecto te modo uocauit be atissime pater. Summe pontifex. Ille tibi religio nem christianam credidit. Ille ouile commisit su um/ et petri nauiculam gubernandam dedit: At que eo maxime tempore quo ad istud gerendum sub stinendumque pontificale munus maiore multo quam sepe alias sapientia et uirtute opus est. Cum in eam incideris tempestatem in qua tot tanteque sunt rerum turbationes. ut possint adducere in discri men facile: nisi ex alto ueniat auxilium. Tuque o pitulante etiam eo qui te uocauit: porrexeris afflic tissimis rebus medicam fortem manum populis que necessariam iam quietem restitueris erexerisque et confirmaris languentem prope ac collapsam re ligionem nostram: et christi fidem stabilieris.

Neque nos sine diuino misterio factum ducimus: ut quemadmodum antequam ipse nasceretur Octaui

ano Cesare pax fuit per uniuersum orbem. Ita eti
am priusq̃ tu inieris pontificatũ / tota italia que
antea letali quodam inter se odio conflictaretur
redierit in concordiam. Admonuit scilicet deus
te cui rerum in terris suarum erat habenas tradi
turus / ut pacis tranquilitatisq; populorum studi
um indueres: meminissesq; testamenti eius: quo
potissimum pacem discipulis legauit. Item salu
tationis: qua pacem dicere instituit : in quãcun
que apostoli domum ingrederentur. Nominis e
tiam omen profecto haud uanum est : Neque in
nocentia quicq̃ melius: unde et agnus innocens
christus ĩ sacris sepe litteris apellat: atq; ut pre
mittatur : Sulmonense illum qui tamen et ipse
multa doctrina / multaque eloquẽtia prĩceps fuit
Sex preterea nominationis eiusdem eximia qua
dam probitate sanctitateque pontifices : spe no
stre plurimum adminiculantur: cum in nullo e
orum defuisse diuinam gratiam consideremus /
neque fuisse in quoquam non admodum conue
nientem huic nomini uirtutem uideamus.
Quartus etiam Flisca nobili gente / eademque
que tu inclita patria Ianuensis fuit : Qui asci
tis in necessarii belli societatem Florentinis /
Federico secundo Romanum :

atque Italie regnum affectanti miſcentique et uexanti cuncta ingenti uirtute reſtitit: iuraque Romane eccleſie undecim fere quibus inpontificatu fuit annis uiriliter ẽ tutatus. Qui patrum etiam hunc ſacroſanctum ordinem Senatumque pontificum neglectum antea deſtitutũq; aliquot per annos reſtituit: et rubeo iſto galero inſignauit: qui preter ceteros claros doctrina moribuſq; uiros undecunque conquiſiuit: atque illorum familiaritate potiſſimum delectatus: ad conſilia ſimul dignitates euexit. Doctus uidelicet uir et ipſe apprime ac grauis ſcriptis multis egregiiſq; preclarus. Quod eſt igitur offitium noſtrum chriſtianorũq; omnium Beatiſſime pater Quod ultimo nobis loco dicẽdũ ꝓpoſuimus Nempe ut feliciſſimam hanc ſortem noſtram diuinam uocationem tuam obſeruemus/ admiremur/ et colamus: Spemq; de te iam conceptam animis foueamus: omnibuſque modis adiuuemus. Nos uero ſumus inprimis.i. Florentinus populus: qui nos ad te miſit/ hecq; mandauit: qui nõ modo te fatemur uerum pontificem Romanum legittimum petri ſucceſſorem/ uicariumque Iheſu Chriſti. Verum etiam pedes quoq; iã deoſculati tuos debito proſequimur honore atque ueneramur. Omniaque noſtra fortunas/ opes/ populos/ arma/

gladii testantur completa est: eaque sola res ē ex omnibus rebus hūanis/ que uite huius cancellos diuino munere transgreditur: pque celi etiam re giones et beatorum incommutabiles mansiones coronata incedit. O potestatem inefabilem. O ministerium incomparabile: mortalis īmortalia terrenus celestia disponit. Ac que hic de futura que est uera uita decernuntur. Rex ille omnium regum ac regnorum rerumq; dominus prīcepsq; cunctarum celesti in regno rota habet Consulto pretereo nunc inferos apud quos nichilo minor est pontificalis auctoritas: Ne quid triste atīgat oratio nostra: que iocunda: que leta: que gestiens etiam omnis esse debet isto excellentissimo mu nere pontificatus tui: Atque ista diuina uocatio ne: qua nec īmerito quidem rem omnem publicā christianam et hilarescere/ et muneris auctori de o habere gratias conuenit: Qui modo certe re spexit in orationem humilium/ et nō spreuit pre ces eorum. Nam ut modo quod secundo loco di cere instituimus aliquando aggrediamur: neq; quam condictioni loci temporisque conueniat/ euagemur longius Erat profecto et quidem tota uia/ ut aiunt/ erat: Si quis eundi pontificatus huius aliam esse ullam rationem/ quam diuinam putat. Neque enim potis est illa humana pru

dentia: que sunt supra hominem comprehendere. Munus uero ipsum Pōtificū: quo celestia quoq ut supra ostēdimus tractant: assequi certe totū: aut circumscribere potestatem / nisi cui dominus annuerit nemo potest. Adde ꝙ cum de deligēdo Pontifice maximo in conclaui agitur / ueniūtq in patrum trutinam hominum merita / atque ex penduntur mores: Nihil ē omnium rerum diffi cilius. Quis enim nouit consilia cordium / uicia que sepe innumerabilia et animorum affectus ua rios et uirtuti aduersantes nisi scrutans corda et renes deus? plerunq: quem tu religiosum: quem misericordem: quem iustum bonumq uirum pu taris. Si feceris in re periculum / impium / crude lem / iniurium / nequam deprehendas. Neq illud grecum non scitum dictum ē: magistratus uirū ostendit. Priuati scilicet uitia occlaudunt sua: opprimuntq in pectore affectus: cum nihil eoꝝ que concupiscunt / consequi posserentur At cum per potentiam ad explendas animi cupiditates ad aperta uia est. Tum uero se totos homines pa tefaciunt: quodque fit in corde menteq repostū ac conditum: cum ingenti sepe rerum periculo a periunt. Quo fit: Vt sit inprimis diuinum im plorandum auxilium: aquo solo boni pontifices ut cetera quoque bona omnia / tanquam a largis

ſimo atq; optimo pietatis et ſapiētie diuine fon
te deriuant. Ipſe enim ſicuti que pon. chriſtianū
deceant. Quibuſq; fidelis populus indigeat: co
gnoſcit. Ita et qui tanto ſuſtinendo muneri ap
tus ſit/ſolus intelligit. Fac enī quod tamen uix
euenire poſſe in homine putamus/ut nihil ſit in
corde clauſum: nihil in mente ſimulatum. Sed
omnes animi habitus/ omnia ſtudia inpromptu
ſint. Quotuſquiſq; ueniet tamen chriſtiano pon
tificatu dignus? Quam multa ſunt enim quam
maxima: quam precipua que ad gerendum chri
ſti uicariatum requiruntur: et talia profecto tan
taque/ut niſi diuini gratia ſpiritus indulxerit:
qui in iſta ſede dignus cōſtituatur minime habe
atis. Pretereo autem nobilitatem generis/que ſi
adſit/haud improbanda uidetur: Chriſtus tamē
dei filius ac redemptor noſter indeligendis diſci
pulis ſimplicitatem cordis rebus ceteris prepoſu
iſſe uiſus eſt: qui et ait. Exēplum meum dedi uo
bis ut queadmodum ego feci et uos faciatis. Pre
tereat ergo generis nobilitas. at eodem certe mo
do preteriri religio nō poteſt: nō pietas/nō ſacer
dotalis ſapientia. Qua excellere inprimis Ponti
ficē oportet: Per eū enī religiōis et ſapiētie pōtē
aquo et nomen hēre pōtifex putat: ut nos ſalutis
nrē īueniāus atq; ineāus uiā/ neceſſarium uidet

Nã de fide et spe quid attinet dicere: que ꝓprie muneris huius existimari debent Quo enĩ pacto aliis futuram gloriam proponet: fidemq; faciet uenture uite: Qui non que nobis saluator noster est pollicitus cuncta: tanquam ea que certissima habentur/sibi ꝑsuaserit: utrum uero caritas erit pontifici maximo neglienda: imo uero nihil magis uideri potest summo sacerdoti cristi uicario accommodatum ad eius imitationem: qui etiam seipsum exposuit uitamque suam pro nobis/et crucis subiuit horrendissimos cruciatus/ĩmortalis ut uitã sic miseris elargiret̃ mortalibus Fortẽ quoq; et prudentem temperatum/item ac iustũ nisi dederis eum: qui sit omni prope humano generi prefuturus: non modo preclarissimo hoc uirtutum ornamento expoliaueris: nudumq; pene abiectumque reliqueris. Verum etiam ea arma ademeris: quibus nisi sese tueatur inprimis omĩs principatus omnisque potestas/quam cito corruat euanescatq; in nichilum/necesse est. Neque arbitror ab re aut in casum esse ꝙ iustitia ĩter has uirtutes: per me Reges regnant exclamat: et legum conditores iusta decernunt. Quid dicemus tandem de benignitate/de misericordia/de clementia/de mansuetudine/de facilitate/de humanitate: de omni uirtute que nisi in pontifice pre

urbes pro catholica fide ꝓ tua dignitate promta
parataq́ꝫ fore in quemcũq́ꝫ rerum euentum polli
cemur Nihil a maioribus degenerantes nostris:
Qui raro nõ eandem quam sũmi pontifices reꝝ
sortem sunt experti. Nos enim hi Florentini
sumus Beatissime pater pontifitiarum ꝑ omnia
tempora partium studiosissimi sectatores Arbi
ensis reliquie cladis: quos fouit olim/patria ob
imperatorias eiectos factiones Vrbanus quartus
Clemens autem et reduxit in urbem et nobili ru
bre aquile insigni donauit Quod adhuc inter ce
tera ciuitatis signa et quidem uenerabiliter spe
ctatur. Nos hi sumus qui pulsis olim urbe eccle
sie nostrisq́ꝫ aduersariis ignominiosum tandem
deGregorio ꝑtulimus interdictum quod substu
lit deinde Quintus gentilis quondam et ille tu
us summa iustitia atq́ꝫ integritate Pontifex: Sa
crisq́ꝫ restituit christianis. Nos hi tandẽ sumus
quos Federicus Auus et Nepos sueui Imperato
res: quos item Henricus Conradusq́ꝫ et Manfre
dus eadem gente impiissimi duces propter pon
tificias partes quas omni studio sectabamur: tan
to odio/tot bellis/sunt ꝑsecuti: donec Beneuen
tana illa ingens claraq́ꝫ uictoria: in qua et man
fredus ipse prelians occubuit: mutata sorte/res
nostras in meliorem statum fortunamq́ꝫ restitu

it. Qua etiã impugna ut multa preterea egregia nostrorum facinora tradita monumentis sunt litterarum: ita et illud fertur in primis. Nam cum Manfredus antequam prelium iniret: numerum recenseret suorum/ neminemq́ etruscum aut florentinum pro quibus tot tantasq́ res gesserat in exercitu comperisset. rogasset autem: que nam una esset acies: que seorsum paulo armi aquisq́ ornatior inter hostium copias spectaretur / essetq́ responsum: Illam esse hostilem florentinorũ exulum manum: conuersum ad suos asseruisse: etiam si ipse uicisset. globum illum militum nobilem nisi uictorem euadere eo die non posse: multa preterea et antiqua et noua sunt apud rerum scriptores. Que ueterem perpetuamq́ florentiorum in hanc sacrosanctam sedem obseruantiam/ cultumq́ testantur: que tamen preterire modo consilium est: quando apud doctissimos uiros rerumq́ scientissimos nostrarum habetur oratio. Ad omnes uero christianos populos Beatissime pater / ad omnes profecto multum pertinet ut q̃ ornatam hanc pontificiam sedem quã auctã quã sanctam et ueneratam uelint: a qua quidem sola nõ animi nostri modo quietem suam salutemq́ reportant. Sed truculentissimi quoq́ hostes et ferocissime barbare nationes: que cotidie insidian

tur gregi tuo: et in christianorum ceruices petu
lantius insultant: commodissime repelluntur.
Vt si insurgat pontificia dextra potentius / pia
q; christi arma expedire uelit et colligere suorũ
uires: nihil esse more possit: quin continuo con
cidant aduersariorum omnes cogitationes / om
nesq; conatus / et Romana ecclesia que in firma
petra fundamenta iecit: cum christo auctore in
gloria regnet. Verum enimuero plus debent pro
culdubio / qui plus acceperunt. Nos autem pro
fecto multa accepimus / qui patriam qui liberta
tem pontificum ut diximus Romanorum maxĩ
me opera retinemus: neq; nos non quecunq; po
tuimus / uel ultro prestitimus qui omnia tradidĩ
mus summis pontificibus / cum tot dira exilia /
tot nefaria bella / tot miseras clades mortisq; se
pe pertulimus / ut ecclesie hostibus resisteremus
qui ne facultatibus quidem nostris: aut uite ut
salua pontificalis manere dignitas unquam pep
cimus. Non mutauimus mores pater sancte.
Idem animi sunt eadem studia omĩum nostrum
facultates fortasse pluscule et maiores ui es. que
modo ad te cuncta Florentinorum iussibus Flo
rentini oratores deferimus ac supplicamus tibi:
Vt pro tuo arbitrio commodoq; pro dignitate
Romanae ecclesie utare. Nihil est penitus

Senatui populoq; Florentino quem obsequi atq;
obtemperare tibi et fauere dignitati / omnibus
nixibus / gratius futurum. Nam si nihil est in
rebus humanis te iam pontifice cristianorum op
timo maximo rectoreq; et temperatore rerum
grandi quicq̃ aut melius Si tu is uocatus es: qui
pascas electas domini oues Tuq; unum inter tot
milium ut aiunt millia mortalium sanctus spũs
signauit Quid ẽ quod nos facre quicq̃ ꝓmptius
et maiori cũ uoluptate ueldebeamus uel uelimus
Te igitur Beatissime pater uehemẽter rogamus
supplicamusq; mansuetudini clementieq; ponti
ficie: ut ita offerentem sese suaq; omnia dedentẽ
tibi populum Florentinum ac tradentem recipi
as inter tuos / eiusq; obseruantie in te ꝑpetuique
cultus ꝓingenti humanitate et benignitate tua
semper memineris: ut sancte pieq; tandem: Re
pub: administrata christiana cum decurso demũ
spatio reuocaberis ĩ celum unde missus es. Nos
quoq; cum reliquo grege: quem cum Christo pa
ueris reducas in celestem patriam ubi cũ ceteris
scĩs eterna tandem gloria ac felicitate ꝑfruare.

/AMEN/



